



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De Delegatione concessa per Bullam Cruciatæ circa reservata. Caput XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

CAPUT XIII.

De Delegatione concessa per Bullam
Cruciatæ circa reservatos.

Qui Bullam Cruciatæ sumpserit, potest, durante anno, eligere Confessarium ex approbatis ab Ordinario, per quem Confessarium, absolvit pro foro interno ab omnibus casibus, & Censuris, satisfacta parte, & quidem toties quoties, à reservatis Episcopo; at à reservatis Pontifici semel in vita, & semel in periculo mortis, atque ab iisdem Pontificiis, iterum, si secundam Bullam sumpserit; non vero tertio, si tertiam siue dicti casus sunt publici, siue occulti, (excepta semper haeresi) modo, quando delicta sunt deducta ad forum contentiosum, cautions mox dicenda num. 17. & 19. adhuc beatur.

Circa hanc delegationem, si sequentia adnotaveris, omnia ferè, quæ ad illam spectant, facilè cognosces.

S U P E R I L L U D.

Ex approbatis ab Ordinario.

2. Quid hic intelligatur nomine Ordinarii, & alia huc pertinenter dixi late alibi, hoc est supra Tract. de Sacramento Pœnitentia c. 5. §. 4. Ne igitur recetam Cabrem repetamus, locum cirarum aeat studiosus.

S U P E R I L L U D.

Et iterum, si secundam Bullam,

3. Si à commissio delicto reservato Pontifici v.g. per lectionem libri haereticorum Religione tractantis, fuisti per Bullam jam absolvitus, & deinde in eodem anno incidas, siue in idem peccatum legendi librum haereticorum, siue in aliud specie distinctum, occupandi v.g. bona naufragantium, non potes ex vi ejusdem Bullæ in vita absolviri, nec à peccato novo legendi, nec à peccato occupandi. Ratio est, quia Bulla non concedit, ut possis in vita absolviri semel à quolibet peccato Pontifici reservato; concedit enim solum unicam Absolutionem in vita à peccatis Pontifici refer-

vatis; indigebis ergo, tunc secunda Bulla; et tamen lege, ut si tertio incidas, non tibi profectura sit tertia. Ita Bardi a contra quem Leander b pugnat, dicens esse probabile per unam Bullam concedi, posse absolviri ab omnibus, dummodo ab unoquoque in specie semel tantum in vita, intra publicationis annum, quis absolvitur. Certe, id esse probabile, b Lrad. negare non possum, quia etiam hunc sensum facere commodè possunt verba Bullæ, si at- com. 4. tentè legantur. §. 3. q. 8;

4. Ex eo autem, quod in nostra sententia Bulla, semel dictam relevatorum Absolutionem concedat, fit, ut si in ea confessione aprias plura peccata contracta ex pluribus aliis delictis diversis, pura, occupatione bonorum naufragantium, percussione Cardinalium, læsione immunitatis Ecclesiasticae, &c. sit, inquam, ut positis ab omnibus simul absolviti per unam Bullam, quia, sic, unicam Absolutionem recipis. Idem per secundam Bullam, sed non tertio per tertiam, ut dictum est.

5. Quæres, si quis non sit usus Bullæ anno v.g. præterito, quoad Absolutionem à reservatis, potestne illa anni præteriti uti hoc anno? Resp. Cum Bardi e non posse, quia privilegium solum fuit pro illo solo uno anno, Leander vero loco citato, putat non improbabile, quia sequens publicatio hujus anni non suspendit privilegium absolvendi consequum anno præterito: quare, cum illud adhuc perseveret in præsenti anno, quia est gratia facta, potest Fidelis uti illo. Sed certè fallitur nam ratio, cur non posset, non est, quia illa privilegia suspenduntur à nova publicatione, sed, quia illa fuerunt solum pro illo anno; illique anno addicta. Frustra ergo ipse Navarrum doctissimum quidem virum in suam sententiam citat, nam, si ipse Navarrus nostram hanc tam claram rationem advertisset, ab illa doctrina sine dubio abstinuisset.

S U P E R I L L U D.

In mortis articulo.

6. Si quilibet Sacerdos in hoc articulo potest absolvere à reservatis, ut latè nuper disserimus, quid emolumen affert hoc Bullæ privilegium? Respondeo, Duo emolumenta, alterum, quod Absolutionem hanc potest tibi conferre electus ex vi Bullæ, etiam præ-

CAPUT DECIMUM TERTIUM. §. QUARTUS.

Ente proprio Parocho, quod certe inserviet pro illis, qui, ut ibidem vidimus, sustinent id tunc non posse quemlibet Sacerdotem.

7. Alterum, quod si hinc absolvatis ab excommunicatione reservata, liber eris ab onere te presentandi Superiori, quia electus per Bullam jam est tuus Superior Delegatus à Pontifice, à quo onere (si absolvatis ex universalis facultate concessa pro periculo mortis) liber nequaquam eius.

SUPER ILLUD.

Excepta heresi, &c.

8. Quamvis multi multa afferant, quibus probent, heresim formalem saltem occultam posse per Bullam Cruciatæ absolvii ex illo principio, quod ex una parte potestas concessa Episcopis absolvendi ab illa, adhuc in ipsis ex sententia probabilissima remanet post Bullam Cœnæ, & ex alia parte Bulla Cruciatæ concedit post absolvii omnia, quæ post Trull. Lud. sunt Episcopi, tamen cum, propter ejus gravitatem, heresis Absolutio non veniat in conluecit, cessione generali, ideo saltem hodie, non posse.

Leand. I. suanus, ubi est Tribunal Sacrae Inquisitionis c. qu. 85. Hispanicæ, ejusmodi sententia adhæret; & 86. & quod, etiam alibi, puto, semper saltem esse qu. 38. & consulendum. Ceterum, qui de hac quæstionis Lege late rationes utrinque adductas cognoscet, re cupit, eas legat ab aliis & fusc agitatas. Nec nisi Suar. legere graveris ea, quæ ad faciem reddendam Baum. hanc Heresim Absolutionem à me sunt alibi disputata. b

9. Dixi autem signatè (Heresim formalem) Amad. id est, cum errore intellectus; quare fortilegionis Annum, maleficium, superstitione, magna, adoratio Traci, Dæmonum, sollicitatio in Confessione; lede fidei librorum hereticorum, blasphemiae hereticales, & omnia alia crimina contenta in Lotti. Edictis Inquisitorum possunt per Bullam absolviri, toties quoties, si sunt Episcopalia; sequi. art. i. mel in vita, & semel in morte, si sunt Pontificia. Lib. 2. in cia, qualis est v.g. lectio libri heretici de Rec. Decal. c. 1. ligione tractantis, & hæc iterum cum secundum Bullam, sed non tertio. Ita Leander & multis c. Leand. referens.

10. Quæres per hanc occasionem, An per Bullam Cruciatæ concedatur, posse absolviri, pœnitentem, antequam denunciet aliquod Tamburinus de Sacramentis.

crimen Inquisitori ex obligatione denunciandum. Respondeo. Non posse (quidquid dicit Navarus apud Leandrum d.) quia in Bulla ejusmodi potestas non invenitur concessa.

11. Illud tamen est hic universaliter ad vertendum, aliquando posse ex presumpta voluntate Inquisitorum, quos ita rigidos esse, non est presumendum, ut, quando adeat causa rationabilis differendi denunciationem, pœnitentes, velint repellere à beneficio Absolutionis; tunc enim latet erit, si firmiter promittant denunciare; Justa autem causa erit, (ut notat ibidem Leander) si necessitas Communionis urgeat ad vitandam infamiam, vel utilitas extraordinaria obtinendi Jubilatum, vel, Tribunal longè distare. Addo ego semper casum, quo Confessor vult stude-re, vel consultare doctos circa obligationem, quam habeat pœnitens, quando dubia est obligatio, &c. Aliud benignius docet Sanctus Leander ex Navaro, sufficere nimium latet, c. Sanctorum. propositum firnum denunciandi, & loqui. tr. de Hæ-tur (ait Diana f.) de denunciando Hæretico, ref. c. 9. An tamen id in praxi sit deducendum, me do-dub. unice-rior decernat.

d Leandr. de excus. dict. a. 17. qu. 85.

n. 16. fine. f Diana p. q. tr. 4. ref. 27.

SUPER ILLUD.

Toties quoties.

12. Hic queritur, an à Pontificiis casibus etiam in Cœna Domini occultis possit per Bullam absolviri, toties, quoties; an solum semel in vita, & semel in morte modo superius dicto.

13. Respondeo, Æque probabile judico, g. Sanc. posse, & non posse toties, quoties. Excipio Trul. Dis. Hæresim, etiam occultam, de qua modo à Leand. num. 8. dictum est. h. Ratio, quod possit, est, à Leand. alii cit. quia per Bullam potest quis absolviri toties, tr. 2. de ex-quoties ab Episcopatibus, sed jam omnes Pontificiis occulti sunt hodie concessi Episco-pis, atque adeò sunt aliquo tandem modo E-piscopales; ut vidimus i. lupa, ergo, &c.

14. Neque obstat, idem dici propter hanc rationem posse, de hæresi occultâ non obstat, que cit. ab inquam, quia de illa propter ejus enormitatem, & propter sensum Ecclesiæ, quæ eam regulariter excipit, non debemus loqui perinde, i. Sup. c. 6. ac de ceteris.

Ratio, quod non possit, est, quia hi casus e. 9. §. 1. Ponti-num. 5.

V

Pontificii occulti, ex eo, quod concedantur Episcopis, non desinunt esse Pontificii: ergo non desinunt esse reservati ipsi Pontifici. Adeo in Bulla dici sine limitatione, omnes Pontificios posse abolvi, semel; ergo comprehendit etiam occultos.

15. Sed affirmativa sententia responderet, occultos desinere esse Pontificios stricte, statim atque conceduntur Episcopis jure ordinario, ut dictum est. Ad id, quod additur, responderet, limitationem illam publicitatis, Implicite ponitur in Bulla, dum per eam conceditur, ut Episcopales, quales sunt Pontificii occulti, absolvit possint toutes quoties, non vero alios. Utraque ergo sententia probabilis est.

SUPER ILLUD.

Ab omnibus Cenfuris.

Sanch.
li. 16. in
Decal. c.
17. nu. 4. I.
C. 43.
Heur. li. 7.
c. 13. n. 3.
Castrop. tr.
2. 5. de Bull.
Cruc. p. 8.
§. 4. nu. 8.
Trullenc.
de Bull.
Cruc. lib. 1
§. 7. c. 2.
lib. 10.

b Leand. d.
17. de ex-

16. Certum mihi , & Thomæ & Sanch.
aliisque est. Primo per Bullam post absolvit
excommunicationem, suspensionem, inter-
dictū personale speciale, quando hæc postic-
ma duo sunt propriæ Censuræ; nam excom-
municatio semper est Censura, ut in propriis
tractatibus explicabimus (excipimus excom-
municationem ex hæresi contractam) sive hæ-
c Censuræ sint occultæ, sive publicæ, & deduc-
tae ad forum contentiosum, sive sint à jure,
sive ab homine per sententiam specialem
contra aliquem in particulari fulminatas, &
sive prodictæ sint Censuræ denunciatae no-
minatim, sive sint excommunicationes con-
tractæ ex percusione publica Clerici. Ratio-
tantæ potestatis est, quia in Bulla, quoad
hæc, nulla apponitur restrictio, & ex alio capi-
tite beneficium Principis latè est interpre-
tandum (semper intellige reservatas Papæ fe-
mel in vita, & semel in morte, & iterum cum
alia Bulla, sed non tertio, non reservatas vero
toties, quoties &c. Vide Leandrum & alios ci-
tantem.

b Land.d.
17.de ex-
com.q.87.
C. 95.

17. Quando autem dictum est (etiam deductæ ad forum contentiosum) maximè advertere debes illud, quod, quamvis per Bullam positus quis absolvit ab excommunicatio deducta ad forum contentiosum; pendente tamen liceat illi et concedetur Absolutio, nam, sic afferretur præjudicium Judicii Ecclesiastico.

18. Exceptio tamen, quando Iudex, vel Ion-

gē distat, vel injustē agit, vel nimis rigoreſe
ſe gerendo; negat Absolutionem: Tunc enī
ſi pœnitens ex parte ſua eſt promptus juſto
eius, qui excommunicatione fulminavit,
præcepto obediſe cum jam eſtet contumacia,
poterit pro foro interno (& ſemper, ſatisfa-
cta parte, ut dicimus) abfolvi per Bullam. *i-*
mile quid dictum eſt & ſuperius de Meneſis;
cantium Privilegiis. *c Supradicti*
§. 2.

19. Declara etiam id in excommunicatis nominatim. Quamvis enim per Bullam, pos- sit absolvvi pro fonte Conscientiae nominatim excommunicatus, tamen non erit passim ab- solvendus, sed erit ad suum Praelatum remit- tendus, ne veniat in contemptum Jus dicti Prae- lati. Adhibetamen praecedentem exec- ptionem.

20. Certum item est, vi Bullæ absolvī non
d' posse cessationem à Divinis , nec interdi- d' Trullen
ctum, sive generale, sive speciale locale , nec & Caiſt
personale generale, ut in tractatu de Interdi- ll. cc.
cto dicitur, nec eas irregularitates, qua non
funt Censuræ, nec sunt poenæ, sed, induc̄tæ
ob indecentiam, qua, quis laborans repellit
ab administrando altaria, qualis est v.g. irreg-
ularitas, ex Bigamia, &c. quia Bulla solū
coacedit absolutionem a Censuris, ex quibus
non est irregularitas ex indecentia.

21. Quæstio igitur, solum proponi solet de irregularitate, quæ incurritur in pœnam alicujus delicti, v.g. ob malam ministratio- nem Sacramentorum cum violatione Censa- ri ob Hæresim, ob Apostasiam à fide, &c. An, scilicet posset absolvî per Bullam.

Respondeo. Affirmo Leander, et alii que irreg. dicit
saltem tanquam probabile. Excipiunt tamen q. 36. q.
iidem, immo, & omnes, irregularitatem ex p. 4. apud Dan.
delicto Homicidi, vel mutilationis, quia illi p. 4. apud Dan.
semper est annexa indecentia. Verum omnibus negantur
nō puto, esse absolutum de omnibus negantur
dum cum Suarez, falso sique propè innumeros Censur.
apud citatos.

22. Triplex autem pro nostra sententia *nu. 5.*
afferti solet ratio. Prima, quia Bulla eas *Cen-*
Leandri furas tollere potest, & ad summum eas pœ-
cias, que impediunt receptionem Eucharis-
Cafripi tiae, vel Sacramenti Penitentie, ut notat lo-
Bull. Cr. co citato Suarez, non autem alias, quæ non pœ. 8. 4. 2.
impediunt ejusmodi receptionem. At iregu-
f. Gibal- laritates, de quibus loquimur, immo alia pœ-
da irregu- na quæcumque, non sunt pœnae ex se im-
e. 6. 9. 5. pendientes dictam receptionem. Adde, in Bullis *Euli.*

receptionibus, (ut notat Leand. loc. cit.) ablatum esse illud, (ut possit absolvī à pœnis.)

23. Secunda, quia sequeretur, majorem esse potestatem Confessoriorum electorum per Bullam, quam ipsius Bullæ Generalis Commissarii, quod certè videtur absurdum, & incredibile; sequela manifesta est, quia Commissario non conceditur, posse auferre irregulatitudinem contractam ex Apostasia, ex Heresi, &c. ut patet ex ipsa Bulla originali, sed tu id concedis prædicto Confessario ergo, &c.

24. Hæc secunda ratio non convincit, non enim est mirum, si in hoc vinceret potestas Confessorii potestatem Commissarii, nam certè vincitur in aliis innumeris, sic in simili responder Bardi. ^{a Bar. in Bul. Cruc. p. 1. tr. 6. c. 7. f. 28. 7.}

Prima autem ratio, dicta num. 22. gratis assumit, quod dicit. Quod autem ibidem additur (fateor) majorem vim habet, si per legitimam potestatem illud (à pœnis) ablatum est à Bulla.

25. Tertia ergo ratio, quam affect Henriques b' Henr. quez b' videtur abolutè efficacior, quia in Bulla, ut patet ex ejus tenore, nulla datur potestas Confessario, ad dispensandum, sed solum ad absolvendum, at irregularitatis, ut etiam suspensio, per dispensationem tolluntur, non per Absolutionem, ergo ad eas, potestas concessa prædicto Confessario, non extenditur.

26. Posse item absolvī quempiam virtute Bullæ: etiam si in ejus confidentiam peccaret, non vero per eamdem posse componi in malè ablatis ex ejusdem confidentia, dictum est suprà. ^{c Sap. c. 9. e. 2.}

S U P E R I L L U D.

Satisfacta parte.

27. Multa diximus de hac clausula aliquantò superius, d' quæ sunt omnino hic recolenda: nunc solùm querimus id, quod propriè pertinet ad hunc locum. Cū enim Bulla requirat, ut excommunicationis Absolutio non conferatur, nisi satisfacta parte, dubium emergit, an nihilominus, si ea, propter inadvertentiam, vel propter aliud, conferretur ante præmissam satisfactionem, conferetur validè, nam, alicet, diximus ibidem factis.

28. Respondeo, Ut universaliter decidatur, an non satisfacta parte, validè conferatur Absolutio, quando adest pars laesa, ut ibidem explicimus, distinguendum est. Nam, si ea conferatur à Superiori, validè confertur, quia satisfactio non est pars essentialis Absolutionis excommunicationis. Si vero conferatur à Delegato ipsius, erit subdistingendum; si enim ejusmodi Delegato detur absoluta facultas absolvendi excommunicationem, idem dic, quod dictum est de Superiori. At si Delegato detur ejusmodi facultas cum prædicta clausula (satisfacta parte) duplex est sententia.

29. Prima negat, validè conferri ejusmodi absolutionem, quia satisfactio in hoc modo delegandi exigitur per modum conditionis, at, conditione non servata, in iuramento abit concessio. Major probatur ex illa communione doctrina, quod Ablativus absolutus, qualis est ille (satisfacta parte) resolvitur in conditionem, si parti satisfeceris, ita tenent plures apud Trullench. ^{e Apud}

30. Secunda affirmat, conferri validè, ^{f Trull. in} quia, quoties in delegatione exprimitur ea ^{g Pull. Cr.} ! forma, quæ à jure communi requiriuntur, non ^{h lib. 1. §. 7.} aliter requiruntur, quam requirat ipsum jus, ^{i c. 2. & du.} nisi aliter in concessione delegationis expri- ^{j 12. nu. 11.} matur: Sed in jure communi exiguntur quidem ^{k ap. Ca-} satisfactio, ut licite ejusmodi delegatio exer- ^{l strop. tr.} ceatur, at non, ut validè; in nullo enim jure ^{m 25. de Bull.} aliter, ac dicimus, invenies ergo, &c. Utraque ^{n Cr. p. 8. §. 5.} ex his sententiis probabilis est, & ita tandem ^{o n. 6. & ap.} pronunciat Ludouicus à Cruce, quamvis ad- ^{p Dian. p. 5.} dat, priorem sententiam esse in praxi sequen- ^{q tr. 9. ref. 12.} dam. ^{r Laym.}

31. Dixi (nisi aliter exprimatur,) Nam si in ^{s lib. 1. tr. 5.} concessione delegationis dicatur (si non satis- ^{t p. 2. c. 6.} factum fuerit, irrita sit concessio, irrita sit Ab- ^{u num. 8.} solutio, nulla, invalida) Absolutionem inva- ^{v Quod si,} lidam fore, parte non satisfacta, certum est, ^{w multi,} quia illa expressio indicat aliquid plus requi- ^{x Ludov. à} ri, quam à solo jure requiratur. ^{y Cru. in}

32. Cum ergo in Bulla Cruciatæ, ut etiam ^{z Bulla Cr.} in facultatibus concessis Regularibus absolu- ^{1. t. 4.} vendis excommunicationes, ponatur quidem ^{aa dub. 9. a-} illa clausula (satisfacta parte) sed sine aliis ver- ^{bb ilique a-} bis exprefse irritantibus, probabile satis erit pudicita- ^{cc validam fore Absolutionem parte nondum tos.} facta.

33. At vero, quia in concessione, quam Pontifex concedit, de absolvendis casibus

Bullæ Cœnæ pro articulo mortis exprimit
tunc debere saltem præmitti satisfactionem,
^{a Supr. c.} & cautionem (quæ sit hæc diximus suprà a)
^{b 12. §. 4. n.} videaturque exprimere sub poena nullatus,
^{c 15. & 16.} ideo sine illis invalida erit in dictis casibus
Absolutio. Verba Bullæ Cœnæ hæc sunt.

Caterum à prædictis sententiis nullus per ali-
um, quam per Romanum Pontificem, nisi in mor-
tis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de-
stando mandatis Ecclesiæ, & satisfaciendo, cau-
tione præstata, absolvitur, etiam prætextu qua-
rumvis facultatum.

34. Quæres. Possimusne dicere, hanc
Bullæ Cœnæ clausulam intelligi dumtaxat,
quando Absolutio casuum dictæ Bullæ da-
tur pro foro externo, non vero, quando pro
foro interno, & Sacramentali ? Respondeo,
Difficile videtur, sic posse dici. Ratio est, quia
dum Pontifex addit illud (nisi in mortis arti-
culo) & (etiam prætextu quarumvis facultatum)
apparet, ipsum loqui de Absolutione etiam in
foro Sacramentali; hæc enim Absolutio, tunc
solet dari, & pro prædicto foro solent ejus-
modi facultates concedi; nam ceterum rarissi-
mè in eo articulo agitur de Absolutione
pro foro externo, & ideo ego dicto cap. 12. §.
4. num. 11. 16. & 22. visus sum indicasse, id
esse servandum in absolwendis casibus Bullæ
Cœnæ.

Caterum tu judica, Lector, an sit præfe-
^{b Sanc.lib.} renda sententia Sanchez, qui sic haberet
^{c in Decal.} Quamvis Confessarius non imponat prædi-
^{d 13. n. 35.} cillum se præsentandi onus, valet Absolutio in
periculo mortis; quod Ecclesia noluerit va-
lorem absolvendi in tanta necessitate ex Con-
fessoris negligencia, aut ignorantia penderet,
ut optimè docet Henricus. e Quare idem di-
cendum est, si omittat petere cautionem pa-
rendi mandatis Ecclesiæ, & satisfaciendi; im-
mò idem dicendum est extra eum articulum.
Et paulò post. Nec eum expressio in Bulla
Cœnæ, ad absolendum ab his excommuni-
cationibus Cœnæ inducit conditionem irri-
tantem aliter factum, cum sola forma jure
communi perita exprimatur, ut probavi
^{lib. matr. d. 33. num. 3.} Haec-
nus Sanchez.

^{c Henr. de poenit. c.}
^{d 10. ad fi-}
^{e n.}

SUPER ILLUD.

In foro interno.

35. Quamvis non pauci afferant, Absolu-
tionem excommunicationis vi, Bullæ habi-
tam, prodesse etiam pro foro externo, quia
concessio Bullæ est absoluta, nec restricta ad
aliquid forum, ut tener Vega, Garcia, aliquique
apud Castropalaum, mox citandum. Vera
tamen sententia est, non prodesse, nisi pro
foro interno. Excipe ea, quæ mox dicam à
num. 43. ita tenet Sanchez, Tolterus, Suarez,
aliisque apud Castropalaum. d Ratio hujus d Cœnæ
veræ sententiæ est, quia intentio Pontificis de Bullæ
concedentis per Bullam Absolutionem Cen- Cruci-
furarum est, ut cum pura conscientia pos- §. 5. n. 33
sint fideles accedere ad Sacramentum Eucharisti- Legam
& Indulgentiam acquirere, ad quod certè p. 5. r. 33
satis superque est Absolutio pro foro inter-
no.

36. Confirmatur, quia incredibile est,
Summum Pontificem voluisse concedere
cuicunque Confessario tantam potestatem
per quam eluderentur, & perturbarentur, im-
mò & contemnerentur Tribunalia Ecclesi-
stica.

37. Confirmatur iterum, quia hodie ex-
eat Bulla Cruciatæ concessa ab Urbano Octa-
vo, ibi declaratur Bullæ hoc Privilegium
suffragari in foro Conscientiæ tantum, ut
latè habes multis cirisis apud Dianam,
elege item Suarez, f qui solvit quandam ob- e Dianam
jectionem ductam à quadam constitutione 11. n. 1
Pii V.

38. At, cupidum te video, distinctius sci- f Suarez
endi, quid sit ? & quam utilitatem conferat de Reli-
hæc Absolutio excommunicationis pro foro tr. 30. d
interno dumtaxat?

Respondeo. Quia sic est absolutus coram 13. §.
Deo, & in rei veritate liber sit ab excommu-
nicatione, unde potest se gerere, sicuti se ge-
runt ceteri Fideles non excommunicati; sed
ita, ut, quoad actiones externas, & præsertim
quoad subeundum judicium Judicis Eccle-
siastici, sit perinde, ac si absolutus nullatenus
fuerit.

Qui igitur est excommunicatus excom-
municatione occulta, & deinde absolutus
in foro Conscientiæ dumtaxat, se poterit g Suarez
gerere, ut non excommunicatus in omni- cit. n. 33
bus.

Suis actibus tum publicis, tum privatis. Nam excommunicatione coram Deo erat; &, quia excommunicatione erat occulta, nihil erit scandali coram hominibus. At quando excommunicatione non est occulta, sed deducta ad forum externum, tunc absolutus in foro tantum interno, cautelae. Primo, gerere debet in actionibus externis. Secundo, a judicio externo Ecclesia liber non erit; quae duo, si alia duo addam, latis tibi fient clara.

39. Primum, Absolutus in foro Conscientiae ab excommunicatione aliis nota, potest se immiscere tum humanis, tum divinis, sed non cum aliis scandalis, id est, non coram iis, qui excommunicationem sciunt, nesciunt Absolutionem.

40. Quid, si hi dicam, & probem, me esse absolutum per Bullam v. gr. Respondeo, adhuc te peccare, si coram eisdem publice, & indifferenter te ingeras, quia sic videris contemnere Ecclesiam, quae te pro excommunicato in foro externo habet. At si cautelae, & coram paucis, qui tuus sint consciens absolute, te ingeras, non peccas, quia, sic non intervenit

a Suar. l.c. prædictus contemptus. Lege Suarium, a & c. i. n. 37.
b Bard. in Bull. Cruci. p. 2. tr. 6. c. 5. Sed quid, si hic deductus ad forum externum, & nunc absolutus pro foro Cöscientiae non molesteretur amplius a Judice Ecclesiastico? Respondeo, tunc posse præsumi Ju-
je. 1. n. 10. dicem approbare talem Absolutionem juxta Thes. de mox dicenda num. 44. Cum ergo, tunc non panis Eeccl. adiut ullus, ne virtualis quidem contemptus, p. Ricciul. nihil te restringo, si Fideles sciunt ejusmodi L. 4. c. 68. tacitam Approbationem.

42. Quid denique, si tua excommunicatione sit alius cognita, sed non fuit deducta ad forum externum? Respondeo. Tunc sanè potes etiam te gerere, ut non excommunicatum coram iis, qui sciunt tuam Absolutionem, quia etiam tum, nullus est contemptus &c.

43. Secundum. Quamvis in foro Conscientiae sis absolutus, potest nihilominus contra te Judex procedere, ac si non fuisses absolutus, tum ob delictum, ob quod incidisti in excommunicationem, tum ob actiones externas prohibitas, quas forte, post dictam fori interni Absolutionem cum peccato gestisti; Quare poterit Judex procedere ad te denunciandum, ut excommunicatum, ad finem, ut viteris ab aliis, &, si forte publice celebrasti

Missas, vel obtinuisti beneficium post dictam Absolutionem, potest te declarare irregularis, & privatum beneficio.

Dixi (cum peccato, & publice) mihi enim cum Suario loc. cit. num. 38. videtur probabile, quod Judex Ecclesiasticus, si ipsi constet ejusmodi Absolutio, ut ita loquar, privata, non possit procedere contra sic absolutum ob communicationem cum Fidelibus celebratoremq; Missarum, vel beneficii impetrationem, si haec facta fuerunt cum moderatione dicta nu. 38. & 39. ubi enim non est delictum, non potest Judex urgere ad poenam immo, ut notat ibidem Suarez, pro aliis actionibus peccaminosis poterit quidem illum punire, sed minus; quantum scilicet præcise est necessarium ad satisfactionem scandalis per illum dati, & ad puniendam negligentiam obtinendi satisfactionem pro foro externo.

44. Potest tamen dictus Judex procedens ex officio, (non tamen, si contra instet pars, quæ legitimè contradicat) se mittem præbere cum ejusmodi privatim absoluto, quando ipsi Judici moraliter constat Absolutio; potest enim illum excusare; potest illum non denunciare excommunicatum, potest non declarare irregularis, nec beneficio privatum, potest repellere accusationem Procuratoris Filialis contra Reum fortè instantis; uno verbo potest esse contentus illa Absolutione, aliamque nequam requirendo, ita Coninck, aliquaque cit. & excepti à Diana. c

45. Si roges. Per quid Judici constabit de p. 5. tr. 9. dicta Absolutione?

Respondeo. Vel per testificationem fidem dignorum, vel per schedulam Confessarii testantur, se illum Reum absoluisse vigore Bullæ: quan schedulam, ad solam Pœnitentis d. Suar. de instantiam, facere poterit Confessorius, ne Cens. d. 7. scilicet Confessionis sigillum violet. Et qui sec. 5. nu. dem ejusmodi schedulam in re nostra fidem 26. facere, docet Suar. d & Mascarus, & de ea- c Mascar. dem multa apud Dianam f habes.

46. Unum notat Filluc. g eam posse à T. 1. concl. Confessario, modò dicto, scribi, sed ratiō, & 12. non nisi ex rationabili causa; quod certè in f Dian. p. telligo, quando est timor, seu periculum, ne 11. tr. 2. ea aburatur pœnitens, contempnendo procul- ref. 62. rare Absolutionem pro foro externo; feci, g Filluc. cur danda non sit?

47. Inquires denique, Quandoquidem nu. 293. hæc

TRACTATUS DE BULLA CRUCIATÆ.

¹⁵⁸
hæc privata excommunicationis Absolutio
a In l. 10. datur pro foro Conscientia, estne necessa
tr. I. de rium, ut conferatur pœnitenti intra Sacra
excom. mentum Pœnitentia?

12. §. 3. Respondeo, Vi Bullæ, & Privilegiorum
b Sanc. lib. Mendicantium non esse necesse, ut alibi di
8. matr. d. cam, quia iu his non ponitur clausula ad id
16. n. 11. obligans. Lege interim b Sanchez, aliosque.
Suar. l.c. In aliis facultatibus impertratis, vel impetrant
Dian. p.p. dis, diligenter adverti debet, an clausula
tr. II. r. 25

G. Hurt.
de excom.
d. 15. diff.
5. n. 18.

aliqua ad id obligans, ponatur; si ea enim po
nitur, debere intra Sacramentum conferti Ab
solutionem, dubium non est.

48. Denique ibidem c ego notabo excom. c Ibid. t
municationis cuiuscumque Absolutionem ult. m. 1
pro foro interno regulariter esse dandam in
tra Sacramentum Pœnitentia, cum requisita
ad Absolucionem illam conferendam, atque
a Pœnitente obtinendam, melius in ipso Pœ
nitentia Sacramento ponantur.

FINIS DE CASIBUS RESERVATIS.

Laus Deo Beatiss. Virginis, ac Beato Aloysio.

TRACTATUS
DE
BULLA CRVCIATAE
A U T H O R E
P. THOMÆ TAMBVRINO
SOCIETATIS JESU.

CAPUT PRIMUM.

Premittuntur aliqua de Naturâ
Privilegiorum Bullæ.

§. I.

Quid, & quotuplex sit Privilegium.

DIFFERT propriè loquendo
Beneficium à Privilegio,
quamvis utrumque sit à
Principe benignè concessum: fateor tamen aliquan
do confundi. Beneficium
enim est Gratia, seu facultas à Principe colla
ta, seu data, præter, non verò contra Jus Posi
tivum. Privilegium verò est facultas facien
di aliquid, vel aliquid omittendi, non tantum
præter, verum etiam contra idem Jus, hoc est
contra leges Canonicas, vel Jura Civilia. Ita
communiter Doctores ex a Abbate.

<sup>a C. olim
de Verb.
sign.</sup>

2. Porro Privilegium, aliud est Reale, quod
scilicet conceditur certo geneti Actionis, vel
Caussæ, vel Negotii, vel Loco, vel Dignitati:
quale est VG. Privilegium Praelationis, quod
concessum est pro expensis funerum, vel mu
rium dantis ad Navis VG. refactionem b &c. b Ann.
Vel donantis aliquid Ecclesiæ, vel Episcopo, b. s. t.
ut Episcopo &c.

3. Aliud Personale, quod conceditur Per
sonæ, ratione ipsius Personæ, ipsique imme
diate adhæret. Quale est VG. quod concedi
tur alicui Individuo, Perro VG. &c.

4. Aliud Mistū, quod partim est Personale,
partim Reale, quod nimirū conceditur qui
dem alicui Individuo, sed ratione ætatis VG.
vel Lexus, vel certa, & determinata causa.
Quale est VG. datum Minoribus 25. annis,
ut integrum possint restituiri, ut fidejubere pro
alio, vel obligationem suscipere nequeant.

5. Subdividitur autem Personale: nam si volens
sit concessum singulari Personæ tantum, vo
cature in Jure absolute Privilegium; Si vero gatt.
fit